



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

8. Concubinarij quomodo ab Ordinarijs puniendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

quod si laici praeuenerint in captura huiusmodi capientium plures uxores, officium S. Inquisitionis solet recipere de manu dictorum laicorum istos reos, & interrogati quid sentiant de fide, si catholice circa hoc respondeant, remittuntur puniendi ab eisdem laicis.

3. Nisi prius diligentem inquisitionem, &c.] Peregrinorum matrimonium non esse nullum ob omissionem illorum, quae descripta sunt in hoc decreto, refert decifum Sel. d. cap. 45. num. 14.
4. Parochum, qui vagos non praemissa debita diligentia, & licentia Ordinarij, matrimonio contunxerit, pec-

care mortaliter; matrimonium tamen valere, resoluunt Veracruz in appendice ad questionem quomodo qui vagantur admittendi sine ad matrim. vers. quamuis sic fiat, Henr. dicit. cap. 3. §. 3. Sanch. dicit disput. 2. §. num. 16. & 17. Gened. d. q. 3. num. 68. in princip. Gutier. d. cap. 6. §. num. 15. & 67. num. 3. Basil. Pont. d. S. 5. in fine, & d. tract. de matrim. lib. 5. c. 14. nu. 8. Mofes. in sum. I. theolog. moral. tract. 4. c. 6. nu. 5. Chapeauille de admistr. matrim. in necessitate. q. 14. Filluc. in quib. moralib. tract. 10. cap. 6. §. 5. num. 212. Homobon. de Bonis de exam. eccles. tract. 11. c. 10. q. 23. resol. 1. & 2. Ego ipse d. alleg. 32. num. 74. & d. c. 21. num. 89.

Concubinarij quomodo ab Ordinarijs puniendi.

C A P V T V I I I.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Adulterij in crimine potest procedi ex officio.
- 3 Monitio trina distinctis temporibus facienda est concubinarijs.
- 4 Episcopus potest in prima monitione pena pecunia-

- ria concubinarium punire.
- 5 Concubinatus crimen est mixti fori.
- 6 Brachium seculare si iudex secularis neget non potest ad id cogi sub pena excommunicationis.

Graue peccatum est, homines solutos concubinas habere, grauissimum vero, & in huius magni Sacramenti singularem contemptum admissum, a vxoratos quoque in hoc damnationis statu viuere, ac audere eas quandoque domi, etiam cum vxoribus, alere, & retinere. quare, vt huic tanto malo sancta Synodus opportunis remedijs prouideat: statuit huiusmodi concubinos, tam solutos, quam vxoratos, cuiuscumque status, dignitatis, & conditionis existant, si postquam ab Ordinario, a etiam ex officio, & ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non eiecerint, seque ab earum consuetudine non tenuerint, b excommunicatione feriendos esse: a qua non absoluantur, donec reipsa admonitioni facta paruerint. c Quod si in concubinato per annum censuris neglectis, permanerint: contra eos ab Ordinatio seuerè pro qualitate criminis procedatur. d Mulieres, e siue coniugatae, siue solutae, quae cum adulteris, seu concubinarijs publicè viuunt, si ter admonitae non paruerint, f ab Ordinarijs locorum, nullo etiam reuocante, ex officio grauius pro modo culpae puniantur, & extra oppidum, vel dicessum, si id eisdem Ordinarijs videbitur, g inuocato, si opus fuerit, brachio saeculari eiciantur, h alijs, penis contra adulteros, concubinarjos inflictis, in suo robore permanentibus.

Vide Salzed. ad Bernard. in pract. c. 82. litt. A. vers. laicus vero. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 37. num. 13. Jacob. de Graff. in aureis decif. p. 1. lib. 2. c. 76. num. 3. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. Concubinarij. §. 2. Bobadil. in sua politica, lib. 2. cap. 17. num. 53. Petr. de Ledesma in sum. part. 2. tract. 27. cap. 18. conclus. 2. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori eccles. decis. 377. in 1. edit. alias resol. 319. in 2. edit. Valenzuel. conf. 131. num. 20. tom. 2. Anguan. de legibus lib. 2. contr. 30. num. 9. cum seqq. & num. 24. & controu. 31. num. 31. Farin. in praxi crimin. q. 138. num. 76. cum seq. latè Cald. Pereira de manu Regia p. 2. c. 34. & cap. 56. nu. 13. cum seqq. Ioseph. Vela de potest. Episcoporum circa puniendos & inquirenda crimina p. 1. nu. 59. cum seq. Armend. in addit. ad recop. legum Nauarra. li. 5. tit. 3. l. unic. de adulter. n. 9. & 10. Thom. Valasc. alleg. iuris, tom. 1. alleg. 34. à n. 8. Sayr. in clauu Regia li. 8. c. 2. n. 9. c. 1. seq. Vgolin. de offic. Episcop. c. 8. §. 3. n. 1. Ordin. Regia Lusit. li. 2. tit. 1. §. 13.

a. Etiam ex officio.] In crimine adulterij posse procedi ex officio, tenet Farinac. in praxi crimin. p. 5. q. 141. nu. 40.

β Ter admoniti.] Ergo cum crimine hoc concubinatus in laicis solum ad correctionem deferatur ad iudicium Ecclesiae, & quoad illud tantum sit mixti fori, debent praecedere tres monitiones, ex quibus vera contumacia eliciatur non respicientis a peccato, quae monitiones debent esse distinctae, & separatae, Auendan. de exequend. mandat. part. 1. cap. 22. numer. 14. Gabr. Pereira de Manu Regia part. 2. cap. 34. num. 12. vers. in secunda autem parte.

Trinam monitionem tunc necessariam esse inter concubinarjos, quando in eos vult ferri sententia excommunicationis, si vero penis pecuniarijs, vel alijs mulctari eos velit iudex, non requiri istam solemnitatem, refert decifum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra. lib. 5. tit. 3. l. unica de adulter. num. 10. facta Cong. decisionem refert Gabr. Pereira d. p. 2. cap. 34. num. 12. an

finis, vers. quare, pag. 95. ibi, Ad quartum responderetur trinam monitionem tunc tantum esse necessariam, cum ad excommunicationem contra concubinarjos proceditur: quod si alijs penis a iure communi, vel a Synodo statutis Episcopus afficere velit huiusmodi delinquentes, vtique trinam monitionem minime requirit, Hieronymus Card. Matthae. & latè me citato in hoc loco resoluit Ioseph. Vela de potestate Episcoporum circa puniendos, & inquirenda crimina part. 1. numero 64. vbi citat Nauart. consil. 8. numero 1. de offic. Ordin. & Zerol. in praxi Episcop. part. 2. verb. concubinarij, afferentes iudicem Ecclesiasticum posse procedere contra concubinarjos, & concubinas alijs vijs, & alijs penis quam quae statuuntur in hoc decreto.

Vnde posse Episcopum in prima admonitione pena pecuniaria concubinarium punire, resoluit Thom. Valasc. dicit. allegat. 34. numero 11. vbi numero 12. refert ita fuisse iudicatum Portugaliae in supremo Regij Palatii Senatu, cum hoc alteraretur inter Officialem Episcopi Portugalen. & iudicem Regie Coronae Senatus eiusdem ciuitatis. Idem tenet Gabr. Pereira d. p. 2. cap. 34. numero 16. dum ait concubinarium posse puniri pena pecuniaria ante trinam monitionem, quia Concilium solum potuit illum ordinem quoad excommunicationem ferendam pro contumacia in illo crimine, & per hoc non abstulit alias penas contra adulteros, & concubinarjos inflictas. Ita nouissime resoluit Ioseph. Vela d. part. 1. num. 64. vbi attestatur sic etiam fuisse iudicatum eo iudice in Hispalensi, & Granatensi Senatu.

Contra Aloyf. Ricc. d. resol. 319. num. 3. vers. ijs necedit, existimantem Episcopum non posse ad impositionem pena pecuniariae procedere, nisi seruata forma procedendi contra concubinarjos inflicta in hoc decreto.

γ Quod si in concubinato per annum, &c.] Procedere in illis,

a Insa. sess. 25. cap. 14. de reformat. C. de Roman. sub Nic. I. in fin. Conc. Later. sub Leon. X. sess. 9. de reformat. curiz. & aliorum. vers. concubinarij.

b C. de Tolet. l. c. 17. c. is, qui 24. dist. c. Conc. Arelatenf. c. 1. c. fraternitatis: 34. dist. c. si concubinar. de sent. excom. c. 2. in fin. de cohabit. cler. & mulier.

illis, qui per annum cum diuersis concubinis rem carnaliter habuerunt, resoluit Aloyf. Ricc. in *decif. curie Archiepif. Neapolit. decif. 55. p. 4.* vbi citat Nouar. *fiug. 53. p. 4.* Gabr. Pereira d. *part. 2. cap. 34. num. 16.* dum ait concubinariam posttriam monitionem excommunicari posse, etiam si concubinatus sit cum diuersis, quia intentio precipientis non est tantum vt caueat à tali femina, sed vt caueat à tali delicto, in quo ille contumax est, & incorrigibilis perseuerat, & numero 21. dicit sic declarasse Eminentissimos Cardinales. & d. num. 16. in *med.* aduertit monitiones, de quibus in hoc decreto, debere esse distinctas cum temporis intervallo, quæ redigantur in scriptis, ex quibus constet eas præcessisse, & subdit Concilium non admittere generales monitiones in diebus festiuis, sed speciales.

§ *Mulieres sine coniugato, sine soluta, &c.* De pœnis mulieribus concubinis à locorum Ordinarijs infligendis, vide Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 21. num. 38.* Farin. in *praxi crim. quest. 138. num. 77.* Salzed. *vbi supra, vers. nec etiam mulieres coniugata, Ioseph. Vela d. p. 1. num. 62.* Gabr. Pereira d. *p. 2. c. 34. num. 1. & seqq.* Sayr. in *clauis Regia, lib. 8. c. 2. nu. 14.* Bobadil. in *sua politica, lib. 2. cap. 17. num. 53. vers. y por un decreto del sancto Concilio.*

§ *Ab Ordinarijs locorum, &c.* Concubinatus crimen esse mixti fori, affirmant Ordin. Regia Lusit. *lib. 2. tit. 9. in princ.* vbi parens meus Greg. Lop. *l. 58. verb. estot, tit. 6. p. 1.* Auendan. *ad c. 26. preter. nu. 2. p. 2.* Azuced. *l. 4. nu. 4. tit. 1. lib. 4. nona recop.* Suar. de Pace in *praxi. tom. 2. pral. 2. num. 31. in fine.* Farin. in *praxi crim. q. 8. nu. 131.* Azor. in *istit. mor. p. 2. lib. 3. c. 53. q. 2. vers. dubia.* Bobadil. *d. c. 17. num. 53.* Thom. Valasc. *d. tom. 1. alleg. 34. n. 4.* Valenz. *d. cons. 131. n. 5.* Ioseph. Vela d. *p. 1. nu. 61.* Fr. Mich. Agia de *exhibend. auxil. pag. 65.* nouissimè Mendez de Castro in *praxi Lusit. p. 2. lib. 2. c. 4. num. 20.*

Vtrum autem hoc crimen concubinatus femel punitum per viam correctionis ab Ecclesiastico præuentionem inducat, vt à seculari nequeat deinde puniri, vel è conuerso? itaut eo casu quo quis ab Ecclesia monetur, possit excipere se à seculari iam captum & condemnatum fuisse? vide Gabr. Pereira d. *p. 2. cap. 34. num. 22.* vbi resoluit quod licet in alijs casibus mixti fori non condigne punitus in vno iudicio possit in alio iterum puniri, quia crimen in vtroque foro ad punitionem defertur, nihilominus quia concubinatus crimen in vtroque iudicio differt ab alijs specialiter quoad cognitionem, cum in seculari procedatur ad illius punitionem, ne scilicet crimina maneant impunita, & ne quis audeat licentiosè

viuere; in Ecclesiasticis verò Tribunalibus ad correctionem proceditur, ratione spiritualis finis, vt à peccato exeat concubinaris; ideo punitus à seculari, poterit iterum puniri ab Ecclesiastico iudice, & vniuersa.

§ *Conuocato, si opus fuerit, brachio seculari.* Si iudex secularis neget, an possit ad id cogi sub pœna excommunicationis? Affirmant Menoch. de *arbitr. casu 452.* Bellacomb. *tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit. nu. 118. pag. 367.* Ludouic. Rodolphin. de *brachio seculari num. 45.* Farin. in *praxi crim. q. 197. num. 8. & q. 138. num. 79.* Fr. Emman. *quest. regul. tom. 1. quest. 8. art. 14.* Mart. de *iuris d. p. 1. cap. 52. num. 1.* nisi aliàs constaret de manifesta iniustitia, seu nullitate sententiæ, vel processus iudicis Ecclesiastici, quo casu secularis (etiam si delictum esset merè Ecclesiasticum) posset saltem auxilium suum iuste denegare. Ita Cauacan. de *Brachio Regio p. 4. nu. 260. vers. sed si uerorè,* Parlad. *rerum quorid. lib. 2. cap. fin. p. 2. §. 2. num. 7.* Bobadil. in *sua politica lib. 2. cap. 17. num. 172. vers. Pero esto entiendo io, & num. 176.* Bernard. Græua. ad *praxiam Camera Imp. concl. 115. in princ. num. 6. cum seqq.* Mich. Aggia de *exhibendis auxil. fundam. 27. concl. 8. in 1. 2. & 7. casu.* Iacob. Cancr. *var. resol. lib. 2. cap. 15. à nu. 33.* cum alijs citatis à Ioseph. Vela d. *tract. p. 2. num. 46.* Et nisi à sententia iudicis Ecclesiastici auxilium requirentis fuerit appellatum, vel supplicatum, aut de nullitate dictum, altove quocumque modo eius processus per partem legitime impugnatus, nam & tunc secularis saltem denegare auxilium poterit: ita Nau. in *cap. cum coniugato, de rescript. remed. 1. num. 7. aliis 8. vers. quarto respondo.* Bobadil. *d. cap. 17. num. 176. post princ.* Aggia d. *concl. 8. in 3. 4. & 8. casu.* Cancr. *d. cap. 15. num. 14. & lib. 3. cap. 19. num. 45. cum seqq.* Salgado de *proteç. Regia p. 1. cap. 1. prela. 3. num. 93. & 94.* vbi id dicit procedere eo casu, quo aperte constaret causam esse appellabilem, vel alio modo retractabilem, latè Ioseph. Vela d. *loco à num. 47. vbi num. 54.* cum multis, quos refert, aut quod si alioqui friuola & frustratoria sit appellatio, poterit ea sprete Ecclesiasticus censuris compellere secularem, vt sibi auxilium impartiat, & attestatur ita nuper eo iudice censuisse Granatensem Curiam.

§ *Alijs pœnis contra adulteros, &c.* Alias pœnas à Iure communi, vel statutis synodalibus contra concubinaris inflictas non tolli per hoc decretum, nec alium modum procedendi contra eosdem, nisi velit Ordinarius eos excommunicare, quia tunc formam huius decreti esse obseruandam refert decifum Armendar. *d. l. unica, de adulter num. 9.*

Cogentes ad matrimonia contrahenda quales, & quomodo puniantur.

C A P V T IX.

- | | |
|---|--|
| 1 Doctores de materia cap. agentes. | 5 Neque Episcopus. |
| 2 Excommunicatio in hoc decreto comminata eos solùm afficit, qui temporale dominium, & iurisdictionem in foro externo habent. | 6 Neque pater. |
| 3 Parochus non incurrit hanc excommunicationem. | 7 Pœna anathematis est pœna excommunicationis maioris. |
| 4 Neque Rex, Regina, Imperator, aut Imperatrix. | 8 Intelligitur de coactione iniusta. |
| | 9 Matrimonia contrahere impediens in hac excommunicatione non includuntur. |

ITa plerumque temporalium dominorum, ac magistratum mentis oculos terreni affectus, atque cupiditates excæcant, vt viros, & mulieres, sub eorum iurisdictione degentes, maxime diuites, vel spem magnæ hereditatis habentes, minis, & pœnis adigant cum ijs matrimonium inuitis contrahere, quos ipsi domini, vel magistratus illi præscriperint. ^a Quare, cum maxime nefarium sit matrimonij libertatem violare, & ab eis iniurias nasci, à quibus iura expectantur: ^a præcipit sancta Synodus omnibus, cuiuscumque gradus, dignitatis & conditionis existant, ^b sub anathematis pœna, ^b quam ipso facto incurrant, ne quouis modo directè, vel indirectè subditos suos, vel quoscumque alios cogant, quo minus liberè matrimonia contrahant.

^a Cap. cum locum, c. requisit & c. Gemma de spot.
^b Concil. P. f. 1. c. 6. c. nullius 36. q. 2.

1. Vnde Henric. in *summ. lib. 11. cap. 6. §. 6. lit. G.* Gutier. *ca. non. lib. 1. cap. 20. nu. 32.* latè Sanch. de *matrimon. lib. 2. disp. 27. & lib. 4. disp. 22. à num. 8.* Molin. de *iustit. tractat. 2. disp. 176. vers. ad secundam partem.* Valer. Reginald. in *praxi fori poenitent. lib. 20. num. 19.* Basil. Pont. de *impediment. matrimon. cap. 29. §. 12. vers. ex dictis.* Molies. in *sum. theolog. moral. tract. 4. cap. 7. num. 13. cum seqq.* Rebello de *obligation. iustitie. lib. 3. quest. 9. num. 1.* Bonacin. de *matrimon. quest. 3. puncto 8. num. 34.*